

sacerdotū alligandi oēs q̄ inuocant
nomen tuū. **Q** aut mutat⁹ fuerit in
aurū .i. effectus fuerit mitis et bon⁹
p hoc euidenter patet q̄ ananias ait
ad eū. **H**aule frat dñs ihesus misit
me q̄ apparuit tibi in via qua venie
bas ut uideas et implearis spū scō
Per hoc q̄ frat appellat⁹ iplendus
dī spū scō manifeste pbat⁹ q̄ iā erat
mitis et bon⁹ utpote frat repletus
spū scō. **S**pū em scō aurea bonitas
et benignitas attribuitur sicut dī ad
gal. v. **A**ure⁹ igit erat apostol⁹ pau
lus p mite bonitate. **U**n dī ad chor.
ij. viii. **P**rouidem⁹ bona nō solū corā
deo sed etiā corā oibus hoibz. **I**pse eti
am inuitat nos ad hoc ut boni sim⁹
ad ro. xij. **O**dientes malū diligētes
bonū puuētes bona nō tm corā deo
s̄ etiā corā oibz hoibz. **P**rouidentes
idest puide agentes. **I**n quo vero pre
cipua bonitas cōsistat oñdit ibidem
ita dicens. **B**enedicite psequētibz vos
bñdicite ⁊ nolite maledicē. **S**i esuri
erit inimicus tu⁹ ciba illū si sitit po
tū da illi. **R**ota q̄ bis dicit bñdicite ⁊
d. bñdicite corde ⁊ bñdicite ore. **E**cce
in quo p̄cipua bonitas cōsistit ut vi
delicet inimicis nr̄is corde et ore bñdi
ca⁹. **I**p̄sqz cibū et potū dū indigent
pbeam⁹ et dem⁹. **S**ed vas ist⁹
cōmendat⁹ ab ornat⁹ nobilitate. **O**r
natū em erat omī lapide p̄cioso sicut
dicit eccl⁹ pō. **I**git ut de multis alyis
p̄ciosis lapidibz taceamus ornatus
erat ad min⁹ biseno lapide p̄cioso
quibz etiā olim in lege rationale sum
mi pontificis extitit adornatū sicut
legit⁹ exo. xxviii. **P**rimus igit lapis
erat iaspis. **S**ed⁹ saphir⁹. **T**erci⁹

sardi⁹. **Q**uart⁹ topazi⁹. **Q**uint⁹ ear
būal⁹. **S**ext⁹ crisolite⁹. **S**epti⁹ sma
ragd⁹. **O**cta⁹ ametist⁹. **N**on⁹ liguri⁹.
Deci⁹ berill⁹. **U**ndeci⁹ achates. **D**uo
decim⁹ omichin⁹. **P**er iaspide nōt fidei
fortitudo. **P**er saphirū spei celsitudo.
Per sardiū memoria dominice pas
sionis. **P**er topazion cōfortitas bo
ne cōsolationis. **P**er carbunulū da
ritas sapientie. **P**er crisolitu veritas
cordis et lingue. **P**er smaragdū vi
rēs huiusmodi. **P**er ametistū honora
bilis sobrietas. **P**er liguriū dulcis
cōsolatō. **P**er berillū ardēs increpa
tō. **P**er achate fortis obediēcia. **P**er
omichinū leta pseuerācia. **P**rimus
igit lapis p̄ciosus quo ornatū fuit
h⁹ vas elcōis. erat iaspis p quē itelli
git⁹ fidei fortitudo. **L**egit⁹ ei de iaspide
q̄ hoīnē efficit tutū timōe deposito oi
bz etiā maleficis et incāta cōibz resi
stet. sic ⁊ fideles credētes i xp̄m n̄ pe
ūt. s̄ vitā efnā habebunt. **F**ides etiā
est q̄ quoddā nobile scutū quod oia
tela nequissimi hostis extinguit. si
cut dicitur ad ephesi. vi. **F**ide igit
sanctus paulus erat ornat⁹. **U**n
ait ad gal. ii. **S**cientes q̄ non iusti
ficabit⁹ homo nisi p fidem ihu xp̄i. **Q**
at nūc uiuo i carne in fide uiuo filij
dei q̄ dilexit me ⁊ tradidit semetipm
p me. **I**pse etiā hortat⁹ nos ut contra
dyabolū fortiter stem⁹ i fide. **P**pt qd
ait ad chor. i. vi. **V**igilate et state in
fide viriliter agite et cōfortamini i dño
et oia vr̄a i karitate fiant. **A**it etiā
ad hebr. xi. **S**ine fide impossibile est
placē deo ⁊ q̄ impossibile est q̄ aliq̄s
placeat deo sine fide. **P**pt̄a scribit ad
chor. ii. x. **S**i estis i fide ipi vos pbat⁹

29
 Secundus lapis attinens ad ornatum
 vasis istius erat saphir⁹ p̄ quē notat⁹
 sp̄s celsitudo. Sicut em̄ saphir⁹ colo
 re celo filem̄ habet. et sic in ip̄o que
 dā stella rutilat per quā virtus ei⁹ di
 noscit⁹. preterea saphir⁹ mēbra ho
 minis vegetat et interiorē ardorem
 refrigerat. Ita etiā sp̄s ea q̄ sursum
 sūt in celo desiderat et quodā dulci et
 lucido affai cor illustrat. Sp̄s etiā
 mēbra debilia ad laborandū allui
 at et oīm intrinsecū ardore tribulatio
 nū refrigerat. Quā autē b̄s paulus
 gēma sp̄s fuerat adornat⁹ testat⁹
 ad rom. v. Gloriamur inq̄t i sp̄e gl̄e
filiorū dei. Itē ait ad chor. j. xv. Si
 in hac vita cōtū in cristo sperantes
 sum⁹ miseriabiliore sum⁹ oib⁹ hoī
 b⁹. Itē ait ad thiōth. j. vi. Diuitibus
 huius seculi precipe non sublime sa
 pe neq⁹ sperare in incerto diuitiaz
 sed in deo viuo qui p̄st at nobis oīa
 habūdē ad fruendū. Tercius lapis i
 ornatu vasis istius erat sardius per
 quē exprimit⁹ memoria dñce passio
 nis. Sardius em̄ rubeū colorē hēt
 Ita etiā in passione rube⁹ fās ē do
 minus n̄r ihesus xp̄us. unde ascen
 dente eo in celū quidā angeli occur
 res ei dixerūt ut ait ysa. lxiij. Quare
 rubeū ē vestimentū tuū et vestimēta
 tua sicut calcantiū mī torculari. Qui
 bus r̄ndit dñs Torcular calcavi sol⁹
 Ibi dicit glosa. Crucē et oīa tormēta
pass⁹ sum in quib⁹ q̄i prelo sū press⁹
 ita ut etiā sanguis me⁹ fundetur
 Preterea in p̄ntia sardij nō potest
 nocere om̄i q̄ lapis ut dicitur lites
 multiplicat et hoīes pmouet ad r̄p
 as. Ita etiā passio dñi ad memoriā

efficaciter reducta oēs lites dissoluit
 et hoīes cōpescit a r̄p̄is. Dñs em̄ pas
 sione quasi agnus mansuet⁹ coram
 tendente se obmutuit et nō aperuit
 os suū. Quā autē beatus paul⁹ memor
 ymmo imitator semper fuerit dñce
 passionis insinuat ad Gal. ij. ubi
 ait Cristo crucifixus sum cruci. viuo
 aut iam non ego viuit vero in me
 cristus. Itē ad gal. vi. michi autē ab
 sit gloriari nisi in cruce dñi n̄r ihesu
 xp̄i per quē michi mundus crucif⁹
 est et ego mūdo. Ego em̄ stigmata
 dñi ihesu in corpe meo porto. Hortat⁹
 etiā nos ut cū cristo et pro cristo pa
 tiamur. Vñ ait ad phil. p̄o. Hoc vo
 bis donatū est a cristo ut non solum
 in eum credatis sed ut etiā pro illo
 patiamini. dicit etiā ad phil. Hoc se
 tite in vobis qd et in cristo ihesu qui
 humiliavit semetip̄m factus obed iēs
 vsq⁹ ad mortem mortem autē crucis
 Quartus lapis p̄ciosus in orname
 to hui⁹ vasis erat topazius p̄ quem
 signatur cōformitas bone p̄satiōis
 Topazius em̄ ut dicit glosa sup̄ exo
lapis est p̄ciosissim⁹ et est oīm colo
rū et maxime aurei. Vñ topazius ē
 quasi topadion idest oīm colorum
 Dicit etiā multū valere fluxū sang
 nis patientib⁹. Ita etiā beatus paul⁹
 cōformitate bone vite oib⁹ se p̄forma
 uit ut oēs lucrificeret eosq⁹ ab in
 mūdida sanguinei flux⁹ idest crimi
 num liberaret. Vñ ait ad chor. j. ix.
 Cū liber essem ex oibus oīm me huū
 feci ut plures lucrificerem. Factus
 sum iudeis tamq̄ iudeus ut iudeos
 lucrarer. Factus sum in firmis ut
 infirmus ut infirmos lucrificerem

oibz oia factus sū vt oēs facerē sal
uos. **I**pse etiā monet nos vt imitatio
ne sui aulibz hoi p bonā cōsolationē
nos cōformemus. **A**it em̄ ad chor̄ i.
r. **H**ine offensione estote iudeis et
gentilibz et ecclie dei fiant et ego per
oia et in oibus placeo non querens
quod michi vtile est sed qd multis ut
salui fiant. **glosa.** **H**oc est oibz p oia
placere sine scandalo cuiq̄ agere ad
pfectū aliorū ut et illis et huic sit vti
le. **Q**uintus lapis q̄ vas istud egre
giū fuit ornatum erat carbunculus
p quē claritas sapiē figurat. **D**icit
em̄ carbunculus lucet in tēbris et
res circa se existens illustrat ita et
beatus paul⁹ p sapientiā sibi dimit
inspiratā hui⁹ mūdi tēbras illustra
uit. **vñ** et cātat de eo. **O** gloriosū lu
mē oīm eccliesaz sole splendi⁹ o vñ
aplicū syd⁹ al. scē pau. q̄ ecclie so. splē
te gen. infundit. **L**egit etiā in collcā
Deus qui vniū sū mūdū beati pauli
apli p̄dicatione docuisti. **Q**uā t mira
bili sapia fuit isgatus testat de seip
so i. ad chor̄ y. **D**apiāz loqm̄ int p
frōs. sapiēm vñ non hui⁹ mūdi neqz
pncipū hui⁹ seculi q̄ destruūt. sed lo
quimur dei sapiētiā. **S**apiētiā vero
suā paulus desup accepit. **vñ** dicit
ad gal. p̄o. **R**otū vob facio frōs euā
gelii qd euāgelizatū est a me quia
nō est secūdu hoiem neqz em̄ ab hoie
accepi illud neqz didici sed p reuela
tionē ihesu xpi. **I**pse etiā inuitat nos
vt sapientiam carnis fugientes pru
dentiam spiritus imitemur. **vñ** ait
ad romanos viij. **Q**ui secūdu car
nem sunt que carnis sunt sapiunt q̄
vñ secūdu spm̄ que spiritus sūt

sentiunt. **N**ā prudentia carnis mors
est prudentia aut spūs vita et pax
qm̄ sapientia carnis inimica est deo
et q̄ in carne sunt deo placere nō pos
sunt. **A**it etiā ad ro. xvi. **D**olo vos sa
pientes esse in bono et simplices in
malo. **I**te ad colo iij. **I**n sapientia ā
bulate ad eos q̄ foris sunt tempus
redimentes. **S**ermo vester semper i
grā sit sale conditus vt sciatis quō
oporteat vos vniūqz respondere.
Sextus lapis vas istud gloriosum
adornans erat crisolitus per quem
cordis et lingue veritas figurat. **C**ri
solitus em̄ vt legit auro similis est i
colore. q̄ etiā eū fixum in auro supra
se portauerit reddit eum tutum a ti
more nocturno. **C**ū igit per aurū qd
ē optimū metallū ipse deus intelliga
tur qui optimus esse nō dubitat. **S**i
ne dubio veritas p oia deo similis ex
istit quia deus verax est vt dicit iō. x.
Primo ipse dei fili⁹ se asserit esse veri
tate iō. xij. vbi ait. **E**go sū veritas.
Dicit etiā crisolitus in auro fix⁹ se
portatē tutū reddit a timore noctur
no. **S**ic etiā veritas hois in dño im
mobilis perseverans eundem homi
nem a demonibz perambulantibz in
tenebris ptegit et tuet. **vñ** dicit i ps
cc. **D**icut circūdabit te veritas ei⁹
non timebis a timore nocturno. **Q**uā
aut beatus paul⁹ veritate fuerit adoi
natus testat ad chor̄ ij. xi. **E**st veri
tas xpi in me. **H**ec gloriatio non cōfā
getur in me in regionibz achae. **I**te
ad chor̄ ij. vij. **O**mnia vob i veritate
locuti sum⁹. **I**te scribit ad thimo i. ij.
Ego p̄dicator et apl⁹ veritate dico nō
mentior doctor gentiū i fide et veritate

monet etiā nos ut semp veritate loq
mur. ad ep̃. iiii. Deponentes mēda
tū loq̃m̃m veritate vnusquisqz cū
primo suo qm̃ sum⁹ inuicē membra
q. d. loq̃m̃m veritate quia valde in
conueniēs ē ut vnū mēbrū aliū decipi
at p falsitate. Septim⁹ lapis spec
tans ad ornatū vasis istius erat
smaragd⁹ quo fig̃t vitēs hūilitas
Smaragdus em̃ oīm vitētū gēma
cū p̃cipatū tenet. Caducos etiā
morbos mirifice sanare phibet. Sic
etiā hūilis homo est q̃ lignū qd trās
plantat sup aquas cui⁹ folium erit
viride et in tēpe siccitatis nō erit sol
licitū nec aliqñ desinit facere fructum
sicut dicit ierem. xvij. Humilitas etiā
sanat caducū morbū idest pestem su
pbiē. Ois em̃ q̃ se in p̃nti exaltat hu
miliabit idest cader. et q̃ se humiliat
exaltabit in futuro. Q̃ aut hūilis fu
erit b̃tis paulus ip̃m nomē ei⁹ deda
rat. R̃a paulus hebraice latine mo
dius sonat. Vñ et ip̃e hūilitatē suā
inuas scribit ad chor. i. xv. Ego sū
mim⁹ ap̃ loz q̃ non sum dignus ro
cari aplis qm̃ p̃secutus sum etiā m
dei. Ait etiā ad thimo. j. p̃o. Fidelis
sermo et omni acceptione dignus qz
ihesus cristus venit in hunc mūdū
p̃tiores saluos facere quoz primus
ego sū. glosa idest peior. Ipe etiā ad
humilitatem nos inuitat ad phil. ij.
Nichil iquit agatis p cōtentionē neqz
pmanē gloriā sed in hūilitate supi
ores sibi inuicē arbitratēs. Augu⁹
Dere existimem⁹ posse esse aliquid
ocultū in alio quo nobis sit supior
etiā si bonū n̄m quo illo videmur
supiores esse nō sit oculū. Octau⁹

lapis ornans hoc nobile vas erat
ametist⁹ per quē honorabilis sobrie
tas optime figuratur. Ametist⁹ em̃
legit esse cōtrarius ebrietati p̃terea
de facili sculpi p̃t. Sic etiā sobrietas
ebrietatē elidit. Sobrius etiā homo
adhuc aptus est ut sculpturā recipi
at idest doctrinā. Q̃ at paul⁹ sobri
etate fuerit ornatus oñdit ad thimo
ij. p̃o. Dedit nob de⁹ sp̃m sobrietatis.
Ait etiā in actibz xxvi. Veritatis et
sobrietatis vba loquor. Ammonz etiā
nos ut sobrij sim⁹ ad thess. j. v. Nō
dormiam⁹ sicut a ceteri s̃ vigile⁹ a so
brij sim⁹. Qui em̃ dormiūt nocte dor
iūt a q̃ ebrij sūt nocte aē. nos at q̃ dei
sum⁹ sobrij sim⁹. Ait etiā ad chor. j.
v. Qui ebri⁹ est cū eiusmoi nec cibū
sūte. vel ad chor. j. vi. Ebriosi reg
nū dei non possidebūt. Bonus lapis
in ornatu hui⁹ vasis erat liguri⁹ p
quē dulcis cōsolatio dēmonstrat. legit
em̃ q̃ liguri⁹ discoloratis colore re
stituit et oēs dolores stomachi miri
fice mitigat. Sic etiā dulcis est pia
cōsolatio p desperationē discoloratis
colore speciei restituit oēs qz dolo
sas p̃urbationes cordis lenit et mi
tigat. Hic est q̃ lucas ait de paulo
a ctuū xxvij. Neqz sole neqz syderi
bz appetibz p plures dies et tēpes
tate nō exigua imminēte iam ablata
erat spes ois salutis nostre tūc stās
paul⁹ in medio dixit. Quado vobis
bono aio esse. Amissio em̃ nulli⁹ aie
erit m̃ vobis p̃t q̃ nauis p̃t qd rogo
vos accipe cibum p salute vrā quia
nulli⁹ vrm capill⁹ de capite v̄o pi
bit. Et cū 2 dixissz sumēs panē grās
egit deo i p̃spectu oīm. et cū fregisset

cepit manducare. **A**nime quidē aūe
facti oēs et ipi assūperūt cibū. **A**neq̃
res glosa exhortationis vbo et opis
exemplo. **I**git̃ bñs paulus ornatus
fuit gēma pie cōsolationis passiue et
actiue. **V**n̄ dicit ad chor. ij. p̃o. **B**ene-
dictus de⁹ et pater dñi n̄i ihesu xp̃i
q̃ cōsolat̃ nos in oī tribulatione n̄a ut
possim⁹ et ipi cōsolari eos q̃ in oī p̃ssu-
ra sūt. **Q**m̄ sicut habūdāt passiones
xp̃i in nobis ita et p̃ cristū habūdāt
cōsolatio n̄a. **I**te ad chor. ij. vi. **S**e-
pletus sū cōsolatione et sup̃ habūdo
gaudio in oī tribulatione n̄a. **P**oēt
eciā nos vt nos cōsolemur ad inuicē
ad thess. j. ij. **N**olum⁹ vs ignorare
fr̃es de dormientibus vt nō contriste-
mini sicut ceteri qui sp̃em nō habēt.
Si em̄ credim⁹ q̃ xp̃us mortuus ē
et resurrexit ita et vs eos q̃ dormiēt
p̃ ihesū adducet cū eo. **E**t infra. **I**taq̃
cōsolamini inuicē in ṽbis istis. **I**te p̃
latos inuitat ad cōsolationē subdito-
rū ad thess. j. v. **R**ogamus vs fr̃es
glosa. prelatos. **C**orripite inquietos
consola mini pusillanimes suscipite
infirmos. patientes estote ad omēs.
Hic eciā dicit actu. xv. **C**ōsolati sūt fra-
tres et firmauerūt eos. **I**te paulus
cōdit p̃ma ad thess. ij. q̃ p̃aterne
cōsolat⁹ fuerit credēs in xp̃m. **V**n̄
ait. **S**citis qualiter vnumquemq̃
ṽm tamq̃ p̃t filios suos de p̃cātes
vos et cōsolātes testificati sum⁹ vt
ābularetis digne deo q̃ vocauit vos
in suū regnū et gloriā. **D**ecim⁹ lapis
existens in hui⁹ vasis ornatu. fuit
terillus p̃ quē p̃t ardens increpatio
figurari. **S**erill⁹ em̄ dextrā tenentis
si confacet expuit. **A**qua eciā in qua

iacuit oculis efficacit p̃desse narrat.
Ita eciā increpatio scō zelo ardens tri-
gidus et desidiosus accēdit et oculos
cecitate ignorātie obtusos illuminat.
Hoc lapide se leuatus paulus cōdit
ornatū. dure increpans galathas q̃
iudicare volebant. **iij. c.** **O** insensati
galathe quis vs fascinauit nō cre-
dere ṽitati. aū quorū oculos ihesus
xp̃c p̃scriptus est et in vobis crucifixus.
Quēdā eciā magnū q̃ barieu siue
elimas vocabat̃ quia p̃cōsulem ser-
giū paulū apud paphum existentē
a fide querebat auertere. dure corri-
puit ita dicēs actu. xij. **O** plene oī do-
lo et oī fallacia fili dyaboli inimice
oīs iusticie non desinis subuertere
rēas vias dñi. **E**t tūc ecce man⁹ dñi
sup̃ te eris ceas non vidēs solē usq̃
ad tēp⁹. **E**t cōfestim cecidit in eū cali-
go et tenebre et circariens querebat
q̃ ei manum daret. **I**pe eciā scribit p̃-
latis vt corripiant inq̃etos ita dicēs
ad thimotheū ij. iij. **P**redica ṽbū
insta oportune im̄ portine argue ob-
secra. **I**ncepa in oī paciēcia et doc-
trina. **I**te i eplā ad titū p̃o. **S**ūt mul-
ti inobedientes ṽamloqui et seducto-
res quos oportet redargui q̃ ṽmū-
sas domos subuertunt docentes que
non oportet turpis luci gracia. q̃ ob-
causam increpa eos dure. **D**ecim⁹
lapis i hoc electionis vase fuit acha-
tes p̃ quē fortis obedientia denotat̃.
Achates enim nigrum habet colōre
et quibusdam candidis ramis cin-
gitur. **I**ta eciā verus obediens
niger idest despectus est in oculis
suis et candidis circulis precepto-
rum se cingi permittit. **M**ultum

etiam athates prodest contra vene-
nū et maxime vipe. Sic etiā vera
obediencia contra incētiū siue iſtā
mātiū venenum supbie hōiēm forti
defensione tuet. Habet etiā aquila
p̄dictū lapidē in mīdo suo ad custodi-
ē dū pullos suos. Ita etiā p̄ verā ob-
dientiā pullos opm n̄rōz a morſu
infernalis sp̄ntis tueri debem⁹. Cō-
tra verū em̄ obediētē nichil preualet
inimias. Gēma igit̄ fortis obdientie
statim in p̄mo iſtāti sue cōſuſiois
ornatus fuit. vñ et ait ad ihesū Do-
m̄e quid me vis facere. q. d. pat⁹ sū
tibi i oibz q̄cūq; iuſſeris obedire. Ser-
nard⁹. O v̄bū breue s̄ plenū s̄ viuū
sed efficac. sed dignū oī a ceptione
q̄m pauci inueniuntur in hac p̄fecte
obediēcie forma q̄ suā ita abiecerint
voluntate vt nō qd̄ ip̄i sed quid dñs
velit oī hora requirāt. Beatus etiā
paul⁹ oibz iſinuās ait ad phil. y. Q̄
hūiliauit se ihesus xp̄s factus obe-
diens usq; ad mortē mortē at crucis
Quemlibet monet ut obediat euāge-
lio ihesu xp̄i. vñ ait ad thess. ij. p̄o
Qui nō obediūt euāgelio dñi n̄rī ihe-
su xp̄i p̄nas dabūt in iteritu etnas
remoti a facie dñi et a gloria v̄tutis
ei⁹ ai venerit glorificari in sc̄is suis
et ammirabilis fieri in oibz q̄ cre-
diderūt. Prores etiā vt a meritis. fili-
os vt pentibz. suos vt dñs obediāt
adhortatur vt ait ad col. ij. Gulie
res estote subditi viris sicut oportz i
dño. glosa nō cōtra dñm. filij obedi-
te pentibz v̄ris p oia. hoc em̄ placitū
est in dño. Serui obedite p oia dñis
carnalibz non ad oculū s̄uientes q̄i
hōibz placētes s̄ cū simplicitate cor.

dis timētes dñm. scientes q̄ a dño
recipietis reſtucionem hereditatis
Quid etiā ecō ūso viri v̄foribz p̄t̄s
filijs et dñi suis teneant̄ ex hibere
dedarat ad colo ij. Viri diligite v̄ro-
res v̄ras et nolite amari esse ad illas
Pr̄es nolite ad iracūdiā puocare
filios v̄ros dñi qd̄ iustū est et equū
suis p̄state scientes q̄ et vos dñm
hētis in celo. Duodecim⁹ lapis quo-
vas istud erat ornatū fuit omichin⁹
p̄ quē leta pseuerantia dat̄ intelligi
Omichin⁹ em̄ p̄mixtū in se habet colo-
rē ad modū vnguis humani. Quia
igit̄ vnguis extremities est corpis
non immerito p̄ omichinū finalis pse-
uerantia figurat̄. Omichin⁹ etiā sicut
legit̄ collo suspensus vel digito por-
tatus tollit tristitia. Sic etiā q̄ leto
pseuerauerit in bono nūq̄ p̄ pusilla
mimitatis tristitiā molestat̄. Q̄ aut̄
paulus gēma pseuerantie fuerit ad or-
natus oñdit ad phil. ij. Ubi dicit̄ q̄
retro sūt obliuiscēs ad ea vero q̄ sūt
p̄ora extēdēs meip̄m ad destinatum
psequit̄ ad brauiū supne vocatiōis
dei in xp̄o ihesu. psequit̄ idest pseue-
rāt sequit̄. Hic etiā loquit̄ ad thi. ij.
s. Bonū certamē certauit arr. c. fidē
ser. de. reli. repo. ē in cor. uis. quā ced-
det m̄ in illum diē iustus iudex. Ipse
etiā ad letā pseuerantiā nos inuitat
ad heb. xij. Recogitate q̄ talē sustinēt
a peccatoribz adūsus semetip̄m con-
tradictōem. in disciplina pseuerate
tamq̄ filijs v̄b se offert de⁹. Ter-
cio vas istud cōmendat̄ ab amplitu-
dine et profunditate. Mirabiliter em̄
amplum erat et pfundum p largā
et altā caritātē qua salutem oīm

desideras ad oēs hoīes sese extendit
vñ ait ad chor. ij. vi. Os nēm patet
ad vos o chorinthi cor nēm dilatātū
est. Itē ait ad chor. ij. xij. Nō quero q̄
vrā sūt sed vos. Ego autē libentissimē
impēdā et supēmpendar ipse p aiabz
vris. Itē ait ad phil. pō. Testis est m̄
deus quō cupiā vos oēs esse in visce
ribus ihesu cristi. Itē ad thess. j. ij.
Tamq̄ si nutrit foveat filios suos
ita desiderātes vos cupide volebam⁹
ipendere vobis non solū euāgelii dei
s; etiā aīas nrās qm̄ km̄i nobis fac
ti estis. Ipe etiā monz nos vt p vrā
karitatē dilatēmur adinuicē ppter
quod ait ad chor. ij. vi. Tamq̄ filijs
dico dilatamini et vos. Itē ad rom.
xij. nemini q̄c̄p debeat nisi vt inui
cē diligatis. Quarto vas istd dig
nū ē cōmendari a iugi puritate. Nū
q̄ em̄ beatus paulus p luxuriā fuit
inq̄natus sed v̄ginitatis integritatem
cōtinue suauit ilibata. Vñ et in tes
timoniū v̄ginitatis ipius dū decolla
ret lac priusq̄ sanguis exijt de collo
eius. Quia igit v̄go fuit optauit et
cōsultuit vt oēs tales essent qualis
ipse fuit. vñ dicit ad chor. j. vij. Vo
lo omēs hoīes esse sicut me ipm̄. glo.
scz cōtinentes. Itē i eo dē capitulo De
v̄gimibz p̄ceptū dñi non habeo cōsiliū
aut dō. glosa a scō spū michi inspira
tū. Sup locū istū dē augusti. Sup
gredit v̄ginitas cōditionē humane
nature p quā hoīes āgelis assimu
lāt. maior tñ victoria v̄ginū est q̄ ā
geloz. Angeli em̄ sine carne viuūt
v̄gines vero i carne cūphāt. Quia
ergo beat⁹ paul⁹ vas mūdū erat et
scm̄ omēs ad scificationem inuitat et

mūdiciā. ad thess. j. iij. Hec est volū
tas dei scificatio vestra vt abstinea
tis vos a fornicatione vt fiat vnus
qz vrm suū vas possidere in scificati
one et honore. nō in passioē desiderij
sicut et gentes q̄ ignorāt deū. Nō em̄
vocauit nos deus in immūdiciā sed in
scificationē. Quinto vas istud cō
mēdat a solida firmitate. Valde em̄
solidū fuit et firmū qd nec flagellis
nec v̄gis nec lapidibus nec aquatū
cōtusionibus sed nec aliq̄bus alijs
violentis cōfūgi poterat instrumen
tis. Regit em̄ q̄ a iudis quinqz vic
ibus flagellatus fuit. ita q̄ q̄libet vi
ce q̄dragenas passionē accepit v
ea min⁹ que q̄i pro miā subtrata fu
it ei. Ter etiā a gentibz v̄gis cesus
fuit. semel lapidat⁹ fuit. ter naustra
giū ptulit. Preter hec multos labores
et erūpnas multas etiā vigilijs
multā famem et sitim multa ieiunia
multū frigus et pluuiā nuditate sepi
sustinuit multasqz et alias t̄bulatio
nes et tamē p ipatentiā cōfūgi non
potuit. vñ ait ad chor. ij. xi. A iudis
quinque quadragēas vna min⁹
accepi ter v̄gis cesus sū. semel lapi
datus sū. Ter naufragiū feci. glosa
idest ptuli. Nocte et die in p̄fundo
maris fui. In labore et erūpna. In
vigilijs multis in fame et sitī in ieiū
nijs multis. i frigoē et nuditate. Hec
oia sustinere poterat a dño conforma
tus. vñ ait ad phil. iij. Oia possū in
eo qui me cōfortat. Ipe etiā inuitat
nos ad pacienciā t̄bulationum sic bi
cēs ad chor. ij. vi. In oibus exhibe⁹
nos sicut dei ministros in multa pa
tenciā. In quib⁹ aut patientes esse

deleamus statim subdit **In tribulationibus** **In necessitatibus** **In angustiis** **In plagis** **In carceribus** **In seditionibus** **In laboribus** in vigiliis et in ieiuniis **In omnibus premissis** patientia est nobis necessaria **De qua** ait apostolus **ad hebr. xij.** Patientia vobis necessaria est ut voluntate dei facientes reportetis re promissionem **¶ Sexto** commendat vas istud honoris a multiplici utilitate **Et nota** quod olim erant quatuor genera vasorum quod utilitati deo in tabernaculo ministrantur deserviebant **Et hec** vasa erant de auro purissimo **De istis** vasibus de dominis ad moysen **ex. xxxv.** **Parabis** et acetabula ac phyalas thuribula ac cyathos in quibus offerenda sunt labamina ex auro purissimo **Nota** etiam quod secundum quosdam in acetabulis acetum **In phyalis vinum** **In thuribulis thus** **In cyathis** vero oleum solebat offerri **Horum** ergo quatuor vasorum similitudinem gerit apostolus paulus **Erat** enim acetabulum per penitentiam per suasionem **Erat** phyla per tristitiam ex hilarationem **Erat** thuribulum per orationum perfusionem **fuit** nichilominus cyathus per super celestium contemplationem **Primo** igitur erat acetabulum per penitentiam per suasionem **Sicut** enim acetum quod secundum quosdam in acetabulis offerebatur mordax est et acutum **Ita** etiam penitentia mordax est et omnium peccatorum delectationum punitivum **Hanc** paulus per suavitatem omnibus criminosis **¶ vii.** **Annunciat** deus omnibus ut omnes ubique penitentiam agant eo quod statuit diem iqua iudicaturus est orbem in equitate **¶ vii.** **ait** paulus ad agrippam **xxvi.** **ait.** **O rex** agrippa non fui incredulus celesti

visioi sed hijs qui sunt damasci primum et iherosolymis et in omni regione iudee et gentibus enuntiabam ut penitentiam agerent et converterentur ad deum digna penitentiae opera facientes **Et nota** quod tam pio zelo peccatores invitavit ad penitentiam quod etiam luctum fecit super tales qui penitere noluerunt **¶ vii.** **ait** **ad chor. ij. xij.** **Timeo** ne forte cum venero non quales volo inveniatis vos et luceam multos ex hijs qui antea peccaverunt et non egerunt penitentiam super inmundicia et fornicatione et impudicia quas gresserunt **De** autem beatus paulus fuit ut phiala per tristitiam ex hilarationem **Sicut** enim vinum quod letificat cor hominis in phyalis offendi consuevit **Ita** etiam paulus tristes ex hilaravit invitans eos ad gaudium **¶ vii.** **ait** **ad phil. iij.** **Gaudete** in domino semper item dico gaudete **¶ d.** **gaudete** quia vos a presenti miseria liberauit **Gaudete** etiam quia vos in celis honore et gloria coronabit **¶ vii.** **ait** **ad chor. ij. xij.** **De cetero** fratres gaudete et perfecti estote exhortamini idcirco sapite pacem habete et deus pacis et dilectionis erit vobiscum **¶ vii.** **ait** **ad thess. i. v.** **Semper** gaudete in domino sine intermissione orate in omnibus gratias agite **Hec** est enim voluntas dei in christo ihesu in omnibus vobis **Tertio** fuit thuribulum per orationum perfusionem **Sicut** enim per thus quod in thuribulis offerebatur dominus placabatur et ideo per thus deuota oratio figuratur **Ita** etiam beatus paulus per hijs quos converterat deuotas orationes effudit ad dominum **¶ vii.** **ait** **ad chor. ij. xij.** **Ora** mini deum ut nichil mali faciatis **¶ vii.** **ait** **ad phil. po.** **Oro** ut karitas vestra magis ac magis habundet in scientia et in omni

sensu ut pletis potiora ut sitis sine
res a sine offensa in diem xpi repleti
fructu iusticie per ihesu xpm i laude
et gloria dei Ite ad thessz ij. po Ora
semp p vobis ut dignet vs votione
sua dñs noster et impleat oem volu
tate bonitatis et opus fidei in vñte
ut clarificet nomē domini nostri ihe
su cristi. In precedentibus tribus au
toritatibus tria bona notari possūt.
in qbus p subditis suis orat aplūs
In pā em autoritate orat ut nichil
mali faciāt In scda orat ut in carita
te et opibz karitatis pficiāt. In tciā
orat ut etnā claritate ad quā vocati
sūt pueniāt Iste etiā nobile thuribu
lum ecōuso petit orari p se. ad ro. xv.
Obsecro vs fratres per dominum
nostrum ihesum cristum et per cari
tatem spiritus sancti. vt adiuvetis
me in oracionibus vestris ad deū vt
liberer ab infidelibus qui sunt in iu
dea. et obsequy mei oblatio fiat ac
cepta in iherlīm scis ut remā ad vs i
gaudio p voluntate dei et refrigeret
vobiscū amen Ite ad thessz ij. ij. De
cetero fratres orate p nobis vt ser
mo domini cureat et clarificet sicut
et apud vs vt liberet ab imptunis
et malis hōibus. Eae qd dat aplūs
hic exēplū pletis vt desideret et petat
orationes subditorz suoz. Quō vero
oraē delea? declarat ad chorz j. r. x.
vbi ait. Orabo spū orabo et mente
Debet igit nō tātū ore vel voce s spū
et mente orare qui vere et efficaciter
vult orare. Quarto fuit cyathus
p supcelestiū cōtēplationē Sicut ei
oleū qd i ciathis offerri solebat alijs
liquoribus supferē Ita et paul? cō

septis inferioribus mēte et cōtēpla
tione in celestibus ferebat. vñdē ait
ad phil. iij. Nostra cōsatio in celis ē
Ite ad chorz ij. v. Siue mente exce
dimus deo. siue sobi sum? vobis cari
tas em xpi vget nos Glō excedens
mente aplūs oem humanā fragilita
tē oem scilicet p alitate oia quecūqz nas
cēdo et occidēdo vane scūt et trāseūt
habitabat corde in qdā ineffabili cōtē
platione vbi audiuit ineffabilia vba
q nō licet homini loq. Ipe etiā hortā
t nos vt sprete vanitatibz huius
mūdi supna qram? vñ ait ad col. iij.
Si surrexistis cū xpo q sur sūt qñ
te vbi xpus est in dextera dei sedēs q
sur sūt sapite et nō q sūt sup trā
Itē nō q i domo dei mag adhuc sunt
qñoz alia vasoz genēa Sūt ei va
sa puuloz. musicoz. castroz. et medi
coz Quibz oibz bñs pau. cōpari p
Hinc ē q dī psa. xxij. Figā elyachim
huū meū parillū in loco fidei et sus.
pēdā sup eū oem gloriā dom? pñs ei
vasoz diūsa genera. Oē vas puulū
a vasis craterarū vsqz ad omē vas
musicoz. Elyachim intēptat de? me?
frat eoz et figē dei filiū qui licet per
creationē esset deus noster p carnis
tñ assumptionē frāis est frater noster
quē tāq parillū deus pat erepit in
ecclia ut sup eū omnia vasa ecclie idē
oēs elā suspendāt in gloria fuit ita
qz bñs paulus vas puuloz. i. creat
tornatū aure? q puuli. i. simplices
lactaret Propinavit ei eis lac huā
nitatis ihu xpi. vñ ait ad chorz j. iij.
Tāq puulis i xpo lac vbi dedi nō es
cā Rōdū ei potētis h nec nūc qdē po
testis. q. d. q utpote puuli nondum

mel diuinitatis potestatis attingere
propterea vobis lac humanitatis per
quod crescat in salutem pueri ppi.
nauu. Veru[m] cu[m] pponit hoib[us] humani-
tas saluatoris n[ost]ri nu[m]q[ua]m debz ei[us] pas-
sio subterfugi p[ro] hoc legit[ur] exo. xxiij.
Quod moyses vitulinu[m] sanguine[m] misit
in crateris ip[s]iq[ue] resp[icit] in pplu[m] et
ait. Hic est sanguis federis q[uo]d pep[er]-
git d[omi]n[u]s vobis. Sic etia[m] paulus sang[ui]-
ne[m] resp[icit] in nos dic[en]s ad heb[reos] ix.
Si sanguis hircor[um] et tauror[um] et ci-
uis vitule aspersus inquinatos sanc-
tificat ad emundatione[m] carnis. qua[m]-
to magis sanguis xpi q[uam] p[er] sp[iritu]m sc[ilicet]
semetip[su]m obtulit immaculatum deo
mundabit co[n]sciam n[ost]ra[m] ab opib[us]
mortalis ad fruendu[m] deo viuente. Se-
c[un]do etia[m] paulus monet fortiores
ut infirmis co[m]p[ar] p[er] uuln[er]a p[er]seque[n]t[ur] eos
q[uia] benigne suscipia[n]t. Vn[de] ait ad ro[m]os
xij. Infir[m]u[m] in fide suscipite no[n] in dis-
ceptationib[us] cogitationu[m]. It[em] ad thes-
s[alonicenses] i. Rogamus vo[s] fr[atr]es suscipite in-
firmos. Fuit etia[m] vas musico[rum] utp[ote]
q[uo]d dulcis ci[n]thara vel figella q[uo]d
i[n]u[er]sa[m] aures delectat. Intulit
etia[m] auribus n[ost]ris delectabile cantu[m]
de sup[er]nis ita can[en]s ad cho[r]o. j. y. O.
Nullus non vidit nec auris audiuit
nec in co[r] ho[mo]nis ascendit q[uo]d p[ar]auit
de[us] hys q[uo]d diligu[n]t illu[m]. Robis au[tem] re-
uelauit de[us] p[er] sp[iritu]m suu[m]. Sp[iritu]s eni[m]
o[mn]ia scrutat[ur] etia[m] p[ro]funda dei. It[em] canit
ad ro[m]os viij. non su[n]t co[n]digne passio[n]es
hui[us] t[em]p[or]is ad futura[m] gloria[m] q[uo]d reuela-
bit in nobis. Fuit etia[m] beatus paul[us]
vas castro[rum] in excelsis sicut d[icitu]r eccl[esiastes] ix.
Fuit eni[m] q[ui] tuba argentea au[di]-
tore castra dei muniret. Vn[de] etia[m]

paulus es t[ame]n i[n]t[er]p[re]t[ur] Igit[ur] certam
voce[m] dans hec tuba monet nos ut a
sopno peccati surgamus et iduti ar-
mis lucis p[ar]eamur ad bellu[m]. Hinc
est q[uo]d clangit ad ro[m]os xij. Hora est ia[m]
nos de sompno surgere. Abiciamus
ergo opa tenebraru[m] et induamur
arma lucis. Que vero sint arma lu-
cis o[mn]idit ad phil[ippos] vi. ubi ait. Indui-
te vo[s] armatura[m] dei ut possitis stare
aduersus insidias dyaboli. Stare er-
go succintti lumbos v[est]ros in veritate
et induiti lorica[m] iusticie et calcitati
pedes in p[ar]atione[m] eu[angeli]j pacis.
In oib[us] sume[n]tes scutu[m] fidei in quo
possitis o[mn]ia tela nequissimi ignea ex-
tinguere et galeam salutis assumite
et gladiu[m] sp[iritu]s q[uo]d est verbu[m] dei. Fuit
etia[m] beatus paulus vas medicoru[m]
utp[ote] quedam p[er]is aurea co[n]tinens
species salutiferas quib[us] infirmi et
languidi curaret[ur]. Multas eni[m] p[er] eu[m]
medicus ille celestis v[ir]tutes et mira-
cula faciebat. q[uo]d o[mn]ia longu[m] essent ser-
mone p[er]stare. p[ro] hoc 2[da] act[u] xix.
v[ir]tutes quaslibet no[n] modicas facie-
bat deus p[er] manus pauli ita ut etia[m]
sup[er] languidos deferret a corpe eius
sudaria vel semicinctia et rece[der]e deb[ant]
ab eis languores et spiritus neq[ui]
egrediebantur. De sc[un]do sup[er] in diu-
sione thematis posito hoc nota. q[uo]d
licet olim ad h[ab]ita[n]t[es] gentibus et regi-
bus et filijs isrl[ael] idest iudeis fideliter
predicauerit verbum cristi. t[ame]n et
adhuc et gentibus et regibus et filijs
isrl[ael] p[re]dicare non desinit verbum dei.
Per g[en]tes enim quib[us] peccatores
accipiuntur. Per reges vero prela-
ti cuiusq[ue] dignitatis sint intelligu[n]t[ur]

Nex p filios isrl virgines vidue et
religiosi quilibet exprimunt. **P**rimo
igit insinuat gentibus idest gentili
v iuentibus videlicet pcoribus q si
i peccatis decesserit regnū dei nō possi
debūt. **vñ** ait ad chor. j. vi. **A**n nesci
tis quia iniqui regnū nō possidebūt
Nolite errare neq; fornicarij neq; y
dolis seruientes neq; adulteri neq;
molles neq; masculorū cōcubitores
neq; fures neq; ebrios neq; auari
neq; maledici neq; rapaces regnū
dei possidebūt. **S**ecundo p̄dicat regibz idē
platis ostendēs quales esse debeant
vñ ait ad thimo. j. iij. **O**portet ep̄m
irrephensibile esse vni⁹ vxoris virū
vigilantē. sobriū prudentem pudiciū
ornatum. hospitalem. doctore. n̄ vio
lentum nō paissorem sed modestum
nō litigiosū non cupidum sue domui
bene prepositū filios habentem bene
subditos cū omni castitate. **S**i quis
āt domui sue p̄esse nescit quō et cle
sie dei diligentiam habebit. non neo
phitū ne in supbiam elatus in iudici
um incidat dyaboli. **O**portet aut illū
a testimoniu habē bonū ab hys qui
foris sunt vt non in ob. p̄brium inci
dat et laqueū dyaboli. **I**te ad titū p̄o.
Oportet ep̄m sine crimine eē sicut dei
dispensatore nō supbū non iracūdū
non violentū nō paissore nō turpis
lucii cupidum. s; hospitale benignū
sobriū. iustū. scm̄. cōtinentē. amplex
tēte eū qui scdm doctrinā est. fidelem
sermōnem vt potens sit exhortari i
doctrina sancta et eos qui contradi
cūt arguere. **T**ertio predicat filiis. i.
vgimbis viduis et omnibus alijs
religiosis siue sint in claustro vel in

mundo. **D**e virgimbis sic loquit ad
chor. j. viij. **M**ulier innupta et vgo
cogitat q dñi sūt vt sit scā et corpe et
spū cogitat idest cogitare debet. **D**e
viduis aut ad thimo. j. v. **Q**ue vero
vidua est et desolata speret in deum
a instet obsecrationibus et orationi
bus nocte et die nā q in delictis ē. vi
uens mortua est. **A**d quoslibet reli
giosos sic ait ad phil. ij. **O**mnia faci
te sine murmuratiombz et hesitatio
nibus vt sitis sine querela et simpli
ces filij dei sine reprehensione in me
dio nationis prauē et puerse inter
quas lucetis sicut luminaria in mū
do verbū vite cōtinētes. **R**egate ergo
dñm km̄ vt oēm doctrinā istī⁹ p̄ciosi
vasis ita opibz exeāmur ut cādē ei⁹
meritis et p̄cijs etnā claritatē felicit
assequamur. **Q**d nobis prestare aē
Nota q in p̄cedenti p̄mone suffici
entē materiā habes ad sex p̄mones

In purificatione beate marie. **S. r.**
Olerūt ihm in iherlm̄ ut siste
rēt eū dño. **Q**uatuor hic p̄a
facie nōre pot s videlicet Qui tulerūt
Quē tulerūt. **Q**uo tulerūt. **P**rop̄ qd
tulerūt. **Q**ui ioseph et maria. **Q**uem
puerū ihm. **Q**uo? in iherlm̄. **P**rop̄
quid? vt sisterēt eū dño. **G**losa idē
offerret et cōsecraret. **E**t nō q sicut
ioseph et maria tulerūt puerū ihesū
in iherlm̄ vt offerret eū dño. **S**ic et
nos moraliter facere debem⁹. **D**ebe⁹
igit p̄o spūaliter esse ioseph a maria
vt videlicz corpore quasi ioseph aia
vero maria simus. **S**icut em̄ ioseph
mariam cōiugem suam non polluit
sed quasi fidelis custos ei seruiuit